

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs II. Vtrum Deus poßit aliquid creare. artic. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

totum producitur compositum. Præterè producitur de nihilo: licet enim à Deo optimo maximo non nisi in materia disposita, producatur, eò quod sit suapte natura pars hominis, indigatque materia, ut melius intelligat, propter vires sentientes quæphantasmata proportionata ad intelligendum accommodatæ ad suam naturam illi subministrant: non tamen producitur de materia, quæ materia concurredat necessariæ sit ad ipsius productionem: illa naque ead em prædictione, quæ Deus eam producit in materia, posset eamdem producere in vacuo, aut extra materiam, si materia ibi non esset: quippe eum subsistens sit suapte natura, independensque omnino in suo esse à materia: quòd sit, vt de nihilo producatur, id est, nulla re concurrente tamquam subiecto, aut quasi subiecto, ad ipsius productionem. Quando verò generatur equus, quia anima equi non subsistit, ac proinde non propriè sit, sed comproduetur cum equo, materiaque præexistens concurrevit ad illius productionem: eò quod, tum vt fiat, tum vt conserueretur, pendas à materia, infuper quia agens naturale non aliter eam attingit efficiens, quam in materia, & per dispositiones in ea producetas, non dicitur produci de nihilo, atque adeò neque creari, aut concircari, sed comproduci & congenerari cum equo de materia, ac de subiecto, de quo equus generatur. Quare audiendi non sunt Ochamus in 2.d. i. q. 4. Gabriel q. 1. & Maior in prologo 4. sententiarum, asserentes, productionem eiusmodi formarum substantialium, dum equus & alia similes res generantur, esse creationem carum, ut talis producitur à Deo causa prima. Etenim neque à Deo (eo influxu), quo Deus re ipsa cum agentibus naturalibus influit, neque à causa secunda producuntur, nisi dependenter à materia, ac proinde de materia tamquam de earum subiecto, comproducuntur ad productionem totius: & idcirco earum D productio neque creatio est, neque concreatio.

Nominis opinio
mutatur.

*Creatio non
destinatur, sed
generari
quid in flo-
mach ex 'u-
tamentali-
bus specie-
bus produci-
tur.*

*Gratia ex
dia dona fu-
pernaturalia
ma creatur.*

Quod virtute caloris natui proximè producitur in stomacho ex speciebus sacramentalibus, non dicitur creari, sed generari. Ratio est, quia non producitur de nihilo, sed de speciebus ipsiis se habentibus instar subiecti prævia alterationis, quæ antecedenter soler generationem, sufficiens utque in te dispositiones, quibus naturale agens efficiens attingit formam substantialiem rei generandæ, Deo in instanti generationis supponente iterum materiam, quæ per transsubstantiationem panis in corpus Christi defecrat, ut agès naturale in eam introducat formam rei, quæ generatur, perinde atque si ex substantia panis præexistente, & non ex solis præexistentiibus speciebus sacramentalibus, eam rem generaret.

Denique, quicquid multi dicant, qui affirmant, dona supernaturalia, que post creationem Angelorum, aut hominum generationem, successu temporis à Deo illis infunduntur, ut gratiam, caritatem, fidem, spem, & alias supernaturales habitus, à Deo creari, dicendum est, illa non creari, neque concreari, sed produci à Deo per accidentiarum mutationem supernaturalem, generationemque accidentiarum supernaturalem. Ratio est, quia non producuntur de nihilo, sed de substantia Angeli, aut animæ rationalis, tamquam de subiecto præexistente, à quo dependent in genere causa materialis, tam ut hanc, quam ut conseruentur, perinde atque anima equi pender à materia equi. Notarim tamen, non educi à Deo de potentia naturali substantia Angeli, aut animæ rationalis, sed de potentia tantum obedientiali: eò quod in Angelo, & in anima rationali non sit potentia naturalis ad eiusmodi accidentia super-

Molina in D. Thom.

A naturalia suscipienda, sed obediens dum taxat, vt
quest. i. 2. dictum est.

Potes, cognoveritne Aristoteles creationem hoc articulo definitam. Respondendum est, cognovisse quidem eam, quæ sine nouitate effendi est: quandoquidem, vt quest. i. 9. art. 4. disputatione 2. ostendimus, cognovit totum hoc vniuersum, quod partes ilius corruptioni minime obnoxias, tunc etiam substancialias à materia separatas, haber e ex aeternitate suum esse efficiens à Deo, ac proinde de nihilo:

*Creationem
sine nouita-
te effendi co-
gnovit Ari.*

numquam tamē usus est vocabulo creationis. Quod verò attinet ad creationem cum nouitate effendi, licet verisimile sit, credidisse rationalem animum in corruptibilem esse, minimeque post sui productionem pendere in suo esse à materia: videtur tamen arbitratus, productionem illius pendere à materia disposita, cooperationeque agentis naturalis eam disponentis: quippe cum crediderit, Deum agere ex necessitate naturæ, nihilque proinde posse producere ex tempore, nisi quod ad sui productionem à cooperatione agentis naturalis etiam penderet. Denique nihil verisimum est, Aristotelem hac in re hasse, intrepidè existimantem, Deum agere ex necessitate naturæ, vniuersumque hoc ex aeternitate ab eo habuisse efficiens suum esse, non penitus creationem cum nouitate effendi, vt illud ipsius proloquitur, ex nihilo nihil sit (quod, vt artic. 2. procedens q. diximus, intelligitur de novo) testatur: propendit tamen in eam partem, vt diceret, rationalem animum immortalē esse, cum tamen non solum necire difficultates omnes solvere, sed neque ad eas fortè animaduertireret, neque intelligere le pugnaria affirmare.

*Animæ ra-
tionalis im-
mortaliitatē,
licet cognos-
citur Ari.
non tamen
creationem
cum nouita-
te effendi ob-
scurius.*

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus possit aliquid creare.

OSTENDIT necessarium esse, vt concedamus non solum posse aliquid creari à Deo, sed etiam ab ipso omnia creata esse. Quod probat, quia quando aliquod agens produc aliquid ex aliquo, id, ex quo producit, non sit per eam actionem, sed præsupponit: vt quando artifex ex ligno aut ære fabricatur statuam, neque lignum neque ars producit per actionem, quia statuam fabricatur, quin potius ea actio supponit lignum, aut ars, ex quibus statua confat: similiter quando naturale agens ex materia prima aliquid generat, non producit ea generatione materiam primam, immo illam supponit. Si ergo Deus solum produceret aliquid ex aliquo, sive daret aliquid non productum à Deo, ex qua Deus res ceteras efficeret, quodque ad omnem actionem diuinam præsupponeretur, consequens autem est falsum, quandoquidem quæstione procedente ostensum est, Deum esse causam vniuersalem omnium, nihilque esse in entibus quod non sit à Deo efficiente profectum: ergo concedendum est Deum producere res omnes de nihilo, ac proinde eas creasse.

*A Deo crea-
ta esse em-
piria.*

Hac Diu Thomas ratio non probat, Deum per creationem propriè dictam, qualis articulo precedente definita est, omnia immediatè creasse, sed solum creasse aliqua, saltem materiam primam, quod est de fide. Probat verò optimè creasse omnia, saltem mediare, hoc est, quod primum eorum subiectum, quod necessarium est ad omnem cæterorum agentium productionem, atque adeò ut cætera sint. Hac ergo sua ratione ostendere intendit D. Thomas, omnia ex nihilo tandem traxisse origi-

X X 2 nem

nem à Deo, atque ad eum per creationem propriè di-
ctam, saltem quo ad aliquid sui, fuisse producta.

ARTICVLVS III.

Vtrum creatio sit aliquid in creatura.

D. Thomae
et multorum de
actione crea-
tionis senten-
tia.

SENTENTIA D. Thomæ & Ciceronis hoc loco, & suprà q. 25. art. 1. ac alijs saepè, Ferrariensis 1. contra gentes cap. 16. & 18. Capreoli in 2. d. 1. q. 2. Richardi ibidem art. 1. q. 2. & 3. Durandi q. 2. à qua non dissentit etiam Scotus ibidem q. 5. est, eam actionem, quam creationem vocamus, esse ipsumm Deum, seu velle diuinum, quo Deus tamquam principio efficiente res immediate producit, cum respectu tamen rationis ad creaturas productas. Cum autem velle diuinum per huiusmodi respectum compleatur in esse & creationis actiū sumptus: siquæ respectus solum conueniat Deo ab eo tempore quo creaturæ esse incipiunt: ea, inquit, actio, quam creationem vocamus, solum conuenit Deo ex tempore: esto velle ipsius conuenit ei ex aeternitate. Creationem vero passiuē sumptam, seu in quantum est passio, dicunt non esse aliud, quam relationem realem existentem in creaturis ad Deum creatorum tamquam ad suum principium effectuum.

Fundame-
num opinio-
nis.

Fundamentum, cui innituntur, est. Quoniam, ex Aristotele 3. Physicorū, actio & passio sunt mutatio, aut motus, cum diversis respectibus: motus namque aut mutatio, ut à principio efficiente, est actio; ut verò est in passo, aut in effectu, est passio. Quod sit, ut quando effectus sine motu, aut mutatione aliqua emanat à principio efficiente, productio actiua & passiuā talis effectus non sint aliud, quām produc-
tio quidem actiua, relatio principij efficientis ad effectum: productio vero passiuā, relatio effectus ad principium efficientis. Quia ergo, inquit, creatura proficiuntur à Deo sine villo motu aut mutatione: cō quid omnis mutatio sit inter duos terminos, atque aliquis subiecti, quod sub utroque termino sit, & ab uno termino in alium migrat, in creatione vero neque sint duo termini, ut articulo 1. ostendimus. neque subiectum, ex quo res creantur, efficiuntur, inquit, ut creatio, quā actio est, & creatio, quā passio est, non aliud sint, quam duo il-
li respectus explicati.

Creatio-
nis actio non est
in Deo sed in
creatura.

Sententia hæc non videtur probabilis, eamque ex parte impugnauimus quæst. 25. art. 1. & quæst. 27. art. 1. Possumus præterea aduersus eam argumentari primò, quoniam actio præsertim ea quæ est transiens, est in passo tamquam in subiecto, iuxta Aristotelem 3. physicorum: sed creatio est actio transiens: ut quæ est vera factio, iuxta illud Iohannis 1. *Omnia per ipsum facta sunt, & illud Psalm. 148. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creati sunt,* ab eaque verè Deus denominatur factor, iuxta illud symboli Concilij Nicenij, *Factorem celi & terre, visibilium omnium & invisibilium:* tum etiam quia transit in externam materiam: ergo creandi actio, neque est velle diuinum, quo tamquam principij efficiente Deus creat & producit res, neque respectus rationis eiusdem principij efficientis ad res productas: quippe cum hæc sint in Deo: sed est productio realis absoluta, influxusque, quo Deus, tamquam actione, confert esse rebus creatis & proinde rebus ipsis creatis inest, Deùsque ex tempore ab eo denominatione extrinseca dicitur agens & creans: non secus atque ignis à calefactione, quatenus actio est, & infidet in aqua, ut in subiecto, siquæ idem secundum rem cum calore, quo-

Artic. iii.

A terminatur, denominatione extrinseca dicitur ca-
faciens.

Secundò, licet motus aut mutatio, ut ab agente, principiō efficiente, sit actio, & ut in patiente sit passio, numquam tamen Aristoteles dixit principiū efficiens esse actionem ipsam, aut esse de in-
trinseca ratione actionis: ergo velle diuinum, quo Deus tamquam principio efficiente creat & produc-
tit res, non est appellandum creatione actiua, in modo nec quippiam intrinsecum creationi: vel ergo dicturi sunt creationem actiua, esse verum influxum rea-
lem & absolutum, à velle diuinum emanantem, idem-
que secundum rem cum creaturis productis, quo dato habemus intentum: vel dicturi sunt creationem nihil esse aliud, quām respectum rationis ad res creatas, quod nulla ratione est concedendum: ridiculum namque est afferere actionem creandi, per quam Deus formaliter res producit, & à qua formaliter dicitur creans, esse merum ens rationis.

Tertiò, respectus eius, quod ab alio, & à quo aliud, qui inter Deum & creaturas cernuntur, proculdubio consequuntur creaturas productas, lumenque posteriores illis in genere causæ efficientis: sed actio in genere causæ efficientis antecedit effectum, & siquæ immediator principio efficiente, quām effec-
tus per eam productus: ergo creandi actio, & crea-
tio passiuā, non sunt respectus illi, ut Doctores contraria sententia affirmant, neque eos includunt.

Quarò, relatio effectus ad causam, que in crea-
tura comparatione Dei tamquam causæ illius effi-
cientis cernitur, est realis, ut avtores contraria
sententia confitetur: ergo habet rationem aliquam fundandi ex iis, quas Aristoteles 5. Metaph. commo-
ratur: sed non habet aliam, quām actionem per quam Deus producit creaturas: tum quia non olt-
ent, quām aliam habeat: tum etiam quia relatio ef-
fectus ab omnibus connumeratur inter eas relatio-
nes, quæ pro ratione fundandi habent actionem: ergo huiusmodi relatio est posterior actione per quam Deus producit res: sed est simul natura cum relatione causa, que se tenet ex parte Dei: quippe cū causa & effectus sint correlativa: ergo relatio illa nec est actio, nec compleat rationem actionis, per quam Deus producit creaturas.

Quintò, actio & passio, ut in prædicamentis, &
tertio libro Physicorum ostendimus, neque sunt re-
lationes secundum esse, neque complentur per re-
lationes reales secundum esse: alioquin vel non per-
tinerent ad prædicamenta actionis & passonis, sed
ad prædicamentum relationis, vel res viriū prædi-
camenti in sua ratione formaliter complectetur intrin-
seca per rationem formalem alterius prædicamenti,
quo dato, prædicamenta non essent primò diuersa,
nec imperfita, in modo nec vnum per se: ergo actio
non est motus cum relatione reali causa, aut princi-
prij efficientis ad effectum, vel motus, aut mutatio-
ne, nec passio est motus cum relatione opposita;
quoniam portiū eiusmodi relationes consequuntur actionem & passione tamquam rationes fundantur. Actio
ergo, quādo in productione effectus interuenit mo-
tus, est motus ipse, non in ratione motus, sed ut est
influxus agentis, seu vi est ab agente, quod est quid
absolutum, ac formaliter distinetur à motu & ipsis
termino, atque à passione: passio item est idem mo-
tus non in ratione motus, sed ut receptio patientis,
vniuersaliter passio est alius esse receptio, aut in
subiecto, aut qua effectus aliquis recipit, sicut esse
in se ipso: est producatur extra subiectum: quod
similiter est quid' absolutum, & formaliter distin-
ctum à termino, motu, & actione, & denique à re-
lacione.